

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XLII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

228 **ADMIRANDA**  
neum herba destillatur recens, Citrum malum sapit.  
*Mathiolus in lib. Diosc. cap. 37.*

## CAPUT XLII. DE TABACO.

**T**abacum alias Nicotiana, ab Inventore, Herba sancta; Reginæ, sanctæ crucis, & Petum vocatur. Nota optime iis, quibus Indicæ merces notæ, & qui Britannorum, Belgarum, Gallorum & aliorum excere sufficiunt. Seritur cum Luna crescit, secatur cum minuitur. Est & latifolium masculus dictum & angustifolium, longiore pediculo, foemina. Minutissimum ejus semen sponte decidens, levissima etiam hymene, illæsum lactat, & sequenti æstate, in multis hori locis, ad quæ vi ventorum suit delatum, sua emicat sponte. Camerar. in horto. Neander in Tabacolog. ex masculi semine foemina digni ait, si illud in terram, in qua petum antea crevit, deciderit: idque tanta luxurie, ut quotannis sponte renascatur. Ac frigoris esse impatiens; sed si bene servetur, Citriorum more toto anno vivere, & in quartum, illæsum conservari. Monard. de simpl. medicam. scribit. Vires quod attinet, sciferum esse, actimoniam sapere, mentem turbare, *magyca* inducere scribit Neander; Qui avidius hauriunt, exanimes concidere, & per diei spacium velut stupefacti jacere sensibus dicuntur. Benzon. l. 1. c. 26. hist. novi orb. Hinc serenissimi Iacobi Britannici, illustris memoriar. *Mycapnos*. Energyri enim subditorum existimabat corpora. At magna illius apud clarissimos viros encomia. Venenis resistere Hispani testantur. Vulnerati illi Cannibalum telis succo curarunt vulnera, tritis appositis foliis. Monardus loc. cit. Rex Catholicus inflictum cani venenatum, ut experiretur, vultus, eodem ad cicatricem perduxit. Dolorem dentium & sedare penitus, & tollere scriptis Heurnius. Cum ego ipse (verba ejus sunt) ante annum vehementer ex dente laborarem, hanc deconi ex aqua, adju-

adjectis Chamomeli floribus, tepidi hujus decocti cochlear ore tenebam, expuebam: ac idem agebam, horis duabus; dolor mitescerat: postridie cum ex more meo hortulum in suburbio accessissim, inclinatoque capite quid graminis evellerem, liquor croci flavedinens referens, copiose a naribus meu effluxit, Nicotiana odorem referens, ac omnis dentium dolor evanuit. Mibi toto vita curriculo, nec sanguis, nec quid prater serosam pituitam, e naribus fluxit unquam; at nihil ego vidi hoc effluxo liquore flavedine altiore tintum. Vilum testituere testis est Wiburgius ad Schnir. epist. 209. Pupilla cuidam puellæ ita obscurata erat, ut non appareret. Hic, succo Nicotianæ majoris cum Butyro Majali ad consistentiam unguenti cocto, & oculo, exterius clausis oculis, illito, ut non appareret, nisi adstantibus, effectit. Ex succo cum conchis contulis pilulas facere barbaros, his famem ad triduum lenire, Clusus testatur. Nec mirum: Cum enim pituitam resolvat, haec delapsa in orificium ventriculi, appetitum obtundit. Cæterum vires ejus describit Caspar Durantes in Epigrammate, quod appono:

Nomine qua sanctæ crucis herba vocatur, ocellis  
Subvenit sanat plagas, & vulnera jungit.  
Discutit & strumas, cancrum, cancerosa que sanat  
Vlera, & ambysta prodest, scabiemque repellit.  
Discutit & morbum, cui cessit ab impete nomen.  
Calfacit, & siccat, stringit, mundatque resolvitque  
Et dentum & ventris mulcet capitisque dolores.  
Subvenit antiqua tussi, stomachoque rigenti  
Renibus & spleni confort, uteroque venena  
Dira sagittarum domat, icthibus omnibus atrit  
Hæc eadem prodest, gingivis proficit, atque  
Conciliat somnum, nuda ossaque carne revestit.  
Thoracis virtus prodest, pulmonis itemque:  
Quæ duo ssc præstat, non ulla potentior herba.

## CAPUT